MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0580**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

580

In Christi Nomine Amen

Universis, & Singulis presens hoc publicum Doctorat. Priuilegiū visuris lecturis, seu legi audituris, Nos Vincentius Bonifactus Epus Famagustanus & in Epātu Padue Em.mi, & R.mi D.D. GEORGY Mis. Diuina S.R.E. Presbyteri Card. CORNELY DEI, & Apostolice Sedis gratia Epi Patauini, Comitisq. Saccensis, nec non Generalis Priuilegiati Antiquissi ac Celeberr.mi Archigymnasij Patauini Apostolici Cancellary Dignissimi Suffraganeus locum Tenens et Vicarius in Spiritualib. ac Temporalib. Generalis Salutem in EO, qui est omnium vera Salus.

APVD antiquam, & praeclaram Vrbem Patauinam, quā ueluti omnium scientiar. Alumna per Italiam Vniuersam, Inclyta Clarissimor. Doctorum auctoritas atq. Peritia sydereis Virtutum omnium splendorib. obtinet Principatum, illos dumtaxat ad summum Doctorat. gradum, quo caeteris hominum generib. praeferuntur, post diuturnos labores atq. uigilias prosilire contingit, qui examinis rigorosi dubio in certamine probati apud Vniuersos Mundi Principes consulendo Vrbes, ac Nationes Juris auctoritate regendo, Resq. publicas gubernando, singulari honore, & priuilegio digni recte possint a Cunctis merito iudicari: Quatenus eorum

eorum exemplo Posteri ad capessendam Virtutem, ac summe probitatis, et laudis decus honore, ac gloria accenderetur. SIGNIFICAMUS itaque Vobis, & harum serie fidem facim., & attestamur, quod die infrascripta datarum præsentium Nos Vicarius antedict. auctoritate præfati Eminentissimi, & Reuerendissimi DDñi Episcopi PADVÆ ex sua Pontificali dignitate competente, tam ex antiqua & approbata consuetudine Patauini, quam uigore Priuilegior. Fælicis recordationis Sanctissimorum Dominorum VRBANI IV, CLEMENTIS VI, & EVGENY IV. Summorum Pontificum qua fungimur in hac parte sub Regimine Illust. & Generosissimi Dom. Dñi. CHRISTIANI LANGERMANN: Nob. HAMBVRGENS. J. N. G. J. F. H. T. Consiliary, nec non Pro Syndici Dignissimi Almæ Uniuersitatis Dominorum D. Juristarum Celeberrimi Archigynasy Patauini per Venerandum Collegium Excellentissimor. Juris Vtriusq. Doctor. eiusdem Archigymnasy Studiosissimũ Nobilem Dominum LVDOVICVM Com. De PRAMPERO. Foro Iuly Nobilis Domini JVLY ANTONY Filiũ Qui post longa deniq. Studia & uigilias, uariaq. eius probitatis, ac eruditionis documenta, ac uberrima testimonia Fidem Catholicam, verbis iuxta Bullæ Bonæ memoriæ PY Papæ IV. tenorem conceptis palam, & solemniter coram Nobis professus est a Promotoribus suis adductum, & Nobis oblatum ad subeundum suum rigorosum examen, punctisque Ei in Vtroq. Iure hesterna die {ut moris est} assignatis diligenter, & acriter examinandum coram Nobis, atque excutiendum curauim. Qui locis persequendis, argumentis tractandis, questionibus clare soluendis in omni deniq. periclitatione sui, tam egregie, prudenter, docte, honorifice, laudabiliter excellenter Magistraliter, & Doctoreo more se gesit, talemq. ac tantam, ingeny memorie, doctrine ceterarũq. rerum {que in consummatissimo Juris Vtriusq. Doctore desiderari solent} uim ostendit, ut magnam sui expectationem, quam apud omnes concitauerat, non solum sustinuerit, sed etiam longissime superauerit, & ob eam rem ab omnib. Excellentissimis, dicti Sacri Collegij Doctorib. ibidem continuo existentibus. VNANIMITER, & Concorditer, Cunctisq. Suffragys Ac Eorum Nemine Penitus, Atque Penitus Penitusq. Discrepante, Aut Dissentiente, Nec Hæsitante Quidem, Idoneus;

ac sufficientissimus in Vtroque Iure fuerit iudicat', ac merito quidem approbatus sicut ex Eorum omnium Votis secreto in scrutinio Nobis porrectis euidenter constitit. Nos itaq.' antiquam sequentes consuetudinem, ac Priuilegiorum sententiam, Patauini Archigymnasij, habita ratione scientiæ, dicendi facultatis, methodi interpretandi, morum, ac Virtutum q3 quorum omnium, certissimum specimen explorat', & pertentatus dedit q3 de consilio, & Sententia omnium Excellentissimorum, prænominati Sacri Collegij Doctorum præsentiū, ac postulantium pro Tribunali sedentes eundem DOMINUM LVDOVICV COM. DE PRAMPERO Nob. Fo: Iu: Virū quidem doctissimum, atq.' ita uniuersis Naturæ dotib.' ornatū ut nihil amplius in EO desiderari possit in DEI nomine approbauimus, et approbatum esse uolumus, pronuntiantes, et declarantes eum esse optime habilem, idoneum, ac dignum munere, dignitate, officio & honore Doctoratus in Vtroque Iure, Ipsumq.' continuo Vtriusque Iuris Doctorem fecimus solemniter, et creauimus, ac per præsentes facim', et creamus tribuentes, ei tanquam uere idoneo, & optime digno et hac promotione dignissimo potestatem, et auctoritatem Cathedrā Magistralem ascendendi, atque insignia Doctorat' a Promotorib.' suis petendi, & recipiendi ipsisque Promotoribus ea illi impertiendi, ac præterea eidem plenam in DOMINO concedentes facultatē, ut de cetero libere possit hic & ubiq.' in toto terrarum Orbe priuatim, atque publice in Canonica et Ciuili Sapientia legere, repetere, consulere, docere, disputare, glossare, practicare, interpretari, quæstiones terminare, Scholas regere, Baccalaureos constituere, omnibusq.' & singulis uti frui et gaudere Priuilegijs prærogatiuis, exemptionib.' immunitatib.' libertatib.' concessionib.' honoribus, fauoribus, gratijs, ac indultis alijs quib.' cunq. quocunque nomine censeantur.

Quib.' Romane Curiæ, Parisiensis Salmaticensis, Papiensis, Bononiensis, atq. reliquorum omnium Studiorum Doctores, & Magistri, ex quibuscunq.' Apostolicis, & Imperialib.' seu alijs Ecclesiasticis, uel Temporalib.' concessionib.' aut indultis alijs, gaudent, & utuntur uti, & gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, iuxta formam, continentem, vim, ac sententiam Priuilegior. Apostolicor. a memoratis olim summis Pontificibus huic Inclyto Studio almoq.' Patauino Collegio absolute concessorum.

Quibus ita gestis, ac declaratis ut supra

ut supra Praeclarissimus, & Excellentissimus I.V.D. D.nus Io
Baptista Dottorius Com. Patav.s ad Lect. de Regulis Iuris Pro
motor eius in Vtr. Iure pro se, atq. Praeclariss. & Excellentiss.
Iuris Consultis Videlicet, D. Io. Baptista Rainis Venet. ad
Lect. I. Caesarei de Sero in p.o loco, D. Aloysio Othelio Patricio
Vtinens & in Patria Fori Iulij Prouiso: ad Confinia ad
Lect. Iuris Caesar. de Mane in p.o loco, D. Antonio Vaira
Abb. Veneto ad Lect. Iuris Canon. de Mane in p.o loco D. Ste=
phano a' Niuib. Cardeira Com., & Eq. Lusitano ad Lectur.
Iuris Caesarei de Sero in 2.o loco, D. Io: Baptista Gnagnoto Eq.
Patau.o ad Lect. I. Caesarei de Mane in 2.o loco, D. Ludouico
Iustachino Patau.o ad Lect. Artis Notariae Deputatis, memora
tum Virum per suam luculentissima orationem petentem et ac
ceptantem consuetis insignib. ac ornamentis Doctoralib. ibide
decorauit solemniter & publice Insigniuit. Tribuitq. eide
Iuris Vtriusq. Libros p.o clausos mox, & apertos, Anulumque
aureum digito ipsius indidit ac Biretum Doctorale, pro lau
rea Corona capiti eius imposuit; pacisq. osculum eidem e
xhibuit cum Magistrali Benedictione. Sic itaq. summa
cum laude ac honore ingenti, praefatus Studiosissimus, et
Excellentissim. Nob. D. Com. de Prampero ad summum Do
ctorat. apicem Iuris Vtriusq. DEO Fauente, peruenit. In Quorum
omnium et singulorum suprascriptorum fidem ac Testimonium
has nostras patentes Priuilegij litteras manu nostra subscriptas, &
per Cancellarium Episcopalem subscribi ac praefati Eminentis
simi et Reuerendissimi DD. Episcopi Sigilli iussimus appe
sione muniri. Actum, et datum Padue in Episcopali Palatio
in loco solito examinum. Anno a CHRISTI Natiu. 1697
Indictione V. Die uero XVIII mensis Xbris Pontificatus
autem Sanctissimi in CHRISTO Patris Dni Nri Domini
INNOCENTY Diuina Prouidentia Papae XII Anno VI
Praesentib. Dnis Variento Percoto, & Io. Baptista Louaria,
Ambob. Nobilib. Vtinensib. & alys quam plurimis diuersar.
Nationum in Magna & frequenti copia Testibus omnibus pra
missa Vocatis, et rogatis, L D O M.

Petrus [illegible]

Petrus Lessius [illegible] Cancell. Epalis